

DISSERTATIO PHILOLOGICA

IN

FEREM. VATIC. VII. 21-23,

CUJUS

PARTEM PRIOREM

Consensu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ in Reg. Acad. Aboënsi,

PRÆSIDE

Mag. GUSTAVO GADOLIN,

Lingg. Orient. & Gr. Prof. Reg. & Ord.

PRO GRADU

publico examini modeste offert

JOACHIMUS ADOLPHUS CLEVE

Wiburgensis.

In Auditorio Minori die 20 Junii 1798.

horis a. m. consuetis.

ABOÆ

In Officina FRENCKELLIANA.



Hebræorum, quæcunque antiquissima sint, scripta, e prophetarum (quas appellant) scholis demum prodissse, in disertatione (a), nuper edita (b), OTMAR (fictio nomine utens, hodiernorum in Germania eruditorum aliquis) demonstrare studens, inter alia, quæ ad pentateuchi originem Mose recentiorem comprobendam affert, *Jeremiam* etiam leges Mosaicas divino legislatore esse ætate inferiores, testari monet, prophetæ, quæ *Cap. VII. v. 21-23* leguntur, verba ita transferens (c)

"So spricht Jehova, der Welten Herr, Israels Gott:

"Opfer bringt ihr über Opfer, und-eszt Fleisch.

"Aber ich befahl es euren Vätern nicht,

"Als ich sie ausführte aus Ægypten.

"Ich gab ihnen keine Gesetze der Opfer wegen.

"Nur das befahl ich ihnen:

A

"Gehorcht

(a) *Fragmente über die allmäblige Bildung der den Israeliten heiligen Schriften, besonders der sogenannten Historischen, inscripta.*

(b) *In Magazin für Religions Philosophie, Exegese und Kirchengeschichte, herausgeg. von D. HEINR. PHIL. CONR. HENKE, II B. III St, & IV B. I v. II St.*

(c) *pag. 443 laudatæ Henkianæ Syllogæ vol. II sect. III.*

"Gehorcht mir! Ich bin euer Gott!
"Ihr seyd mein Volk!"

Quod igitur a pseudonymo pro sua sententia confirmanda prolatum argumentum, ut, an certo incertove fundamento superstructum sit, aliquatenus patere possit, laudati Jeremiani loci (quem difficillimum esse, haud negandum est) interpretationem, quæ nobis probabilissima videatur, paucis jamjam proponendam nobis constituimus, benignitati & favori B. L. magis quam viribus juvenilibus nostris fidentes.

Jeremiæ v̄erba, quæ explicanda nobis summus, hæc sunt:

(d) כה אמר יהוה צבאות אלהי ישראל עלותיכם v. 21. ספר

(d) KENNICOTT, in *Disf. gen. in Vet. Test. Hebr.* §. 46, dubius est, utrum receptam textus Hebræi lectionem probet, an versionem Syriacam secutus, עלותיהם יספו על ובחיהם ואכלו בשר אשר בו לא רכתי את אבותהם legens, *prophetam hic loqui de sacrificiis, quæ idolis oblata sint, & Deum ipsum de Judæis queri, quod hanc carnem, idolis sacratam, comederent, de qua non dixerat patribus eorum, & quod ejusmodi offerrent sacrificia atque holocausta, a quibus ipse (Deus) abborreret, existimet.* Sed cum Syro neque codices (cfr. præter *Biblia Kennicott. & Var. Lect. DeRoss., Index locorum, quæ mandante Kennieotto evoluit Bruns, in Repert. Literat. Bibl. & Orient. vol XIII. pag. 231.*) ulli (nisi quod

ספן (e) על זכותיכם ואכלו בשר (v. 22) כי לא דברתי את
 אבותיכם ולא צויתים ביום הוציאתי (f) אתם מארץ מצרים
 על דברי עולה זבח. v. 23. כי אם את הדבר הזה צויתו אותם
 לאמר שמעו בקולי רחמי לזכרם לאהרן ואתם תהיו לי לעם
 (g) והלכתם בכל הדרך אשר אצוה אתכם למען ייטב לכם:
 Quæ, nostro quidem iudicio, ita fere per παραφρα-
 σιν verti possunt (h): 21 Hæc dicit Jova Zebaoth,
A 2 Deus

Kennicottianus unus pro עלותיכם ספן, verba etiam
 transponens, ספן עלותהם, exhibeat), neque reliquæ ver-
 siones consentiunt.

(e) οἱ ὅ, qui συναγαγετε (quos sequitur Arabs, اجمعوا trans-
 ferens,) vertunt, אספן legisse videntur.

(f) Secundum Chetibh הוציאתי; sed του Kerî lectionem, &
 sensus commendat, & codices plurimi, ac veteres ver-
 siones omnes, exprimunt.

(g) A præcedentibus non avellenda esse hæc ultima com-
 matis 28 verba: *ambulate in omni via, quam præcipio
 vobis, h. e. institute vitam vestram ad leges meas o-
 mnes, ut prospere agatis*, ipse contextus docet.

(h) In hoc loco explicando varie versata est philologorum,
 non æque felix omnium, opera. Sed aliorum inter se
 diversas sententias examini subicere non vacat. Pauca
 modo afferemus, quæ ad nostram interpretationem qua-
 dantentis confirmandam & illustrandam pertinere videan-
 tur. — Sacrificiorum igitur, quorum leges Moses dedit,
 si eorum in classes dispescendorum ex ipsa oblata ratio
 fumatur, duplex fuit genus, alterum cruentorum (זבחים),

Deus Israël: Addatis, per me licebit, hostias, quas altari

alterum incruentorum. Cruentorum vero, enata ex oblationis modo eorum divisione, alia fuere, in quibus tota victima, mactata scilicet & (extracta pelle) in frusta divisa (vid. *Lev. I. 3 sqq.*), altari imposita Deo adoleretur, alia, in quibus non nisi aliquæ victimæ partes, adeps imprimis omnis, in altari cremarentur, reliquum (caro) vel in loco non sacro combureretur, vel in sacerdotum, vel eorum simul ac offerentium (sacri scilicet convivii) usum cederet; cfr. MICHAELIS *Jus Mos.* §. 187 & WARNEKROS *Entwurf d. Hebr. Alterth.* cap. XI. Illa (*solida sacrificia* nonnulli dicunt) זבחי ימים appellata; horum varie, maxime pro vario sacra facientium vel gratiæ divini impetrandæ vel grati in Deum animi testificandi consilio, vocatorum ea זבחי שלמים (*sacrificia salutaria* vel *pacifica* dicere solent), in quibus victimarum carnes, data sacerdotibus aliqua earum portione, ab offerentibus, sacra convivia celebrantibus, comederentur, nominata. Salutaria vero illa, sive cum quibus epulæ conjunctæ essent, ut apud Hebræos (morem scilicet antiquum & cum vetustis gentibus communem secutos) omnium sacrificiorum usitatissima erant (cfr. MICHAELIS *Jus Mos.* §. 189), hinc & ea ab iis speciatim, quod pasim monere solent optimi interpretes, זבחי זבחין appellata videntur. In nostri igitur loci commate זבחי זבחין עלותיכם τω זבחיכם manifeste opponitur, זבחי זבחין esse *salutaria sacrificia* s. *quorum solorum carnes ab offerentibus comederentur, vel ex addito illo: אכלו בשר, comedite carnem, patere, bene observat J. D. MICHAELIS* *Obss. philol. & crit. in Jerem. Vatic & Tbrenos ad b. l.* Quam igitur eruditissimi viri sententiam amplectentes, monebimus modo,

altari impositas crematis, iis victimis, quæ epulis vestris
A 3 *Sacrifi-*

loci nostro sensum fere exigere videri, ut verba illa prophete זבחיכם & זבחיכם *victimis* potius ὀλοκαυτώσεων & salutarium sacrificiorum, quam ipsa ea *sacrificia* interpretetur. Quæ scilicet utraque vis utrique hebræo vocabulo competit. Nam & nomen זבח, a *maclando* (cfr. Arabum ذبح; unde זבחים *Prov. XVII: 1* pro vel, quod alii, *pecoribus maclatoriis*, vel, quod alii probant, *carne maclatorum animalium* aut *cibo e carne parato*;) ad sacras res denotandas translatum, designat, ut Græcorum θυσια, & *victimam* i. *animal sacro ritu maclandum* (v. c. *Lev. III: 9.*) & ἱεροεργίαν i. *sacrificium*. Et vocabulum עולה non ad ipsam modo ὀλοκαύτωσιν, sed & ad *victimam*, quæ in holocausti sacrificio immolanda erat, (qui primus hujus vocabuli usus fuisse forte credendus est, si grammaticorum originationi fidendum, quorum plerique *holocausti sacrificium* עולה ab עלה *ascendendo* dictum esse conjicere solent, vel (ut aliis) quod *id totum*, h. e. tota victima, *altare quasi conscenderet*, vel (ut aliis placet) quod *id totum in fumum* i. *nidorem aliquem* (ανίσσων) *abiens versus cælum ascenderet* (utramque derivationem conjungit SCHULZIUS *Comp. Archaeol. Hebr. II: XI. 33.*) significandam usurpatum, ut v. gr. *Lev. I. 4. 6.* — Vocabuli יסף (nam inde טפס derivari malim, quam ex ספה; cui tamen difficiliori verbo cum præter alias notiones aliqua etiam *addendi*, propius a טע יסף illa distans, inesse videatur, ex eo si ortum quis velit nostrum טפס, sensum hujus loci non omnino ineptum eruere eum posse negare non ausim), cum על constructi, hic eadem fere esse videtur vis, ac quam idem eidem particulæ junctum in *Lev. V: 24* & *XXII: 14*

sacrificialibus instruendis inserviunt, & comedatis, si placet,

habet; e cujus utriusque loci comparatione noster aliquatenus illustrari poterit. Nimirum sicuti in illo: *restituet rem* יתנני — יסף עליו — יחמשת, & *quintam ejus partem ei (rei) addens eam (rem) tradet*, & in hoc: *qui per errorem cibum sacrum comederit*, ויסף החשיתו עליו, ונתן לכהן את הקדש *addet ei (cibo) quintam ejus (cibi) partem, & tradet sacerdoti cibum*, pro *rem, cibum, addita quinta parte* s. *& rem, cibum, & quintam ei additam partem, tradet*, leguntur, sic & in nostro commate: *addatis hostias, quas in ελοκαυτωσεος usum mactatis, salutarium vestrorum sacrificiorum victimis, & comedatis* (harum) *carnes, pro comedatis harum carnes, postquam iis illas victimas* (etiam comedendas) *addideritis*, positum videtur. Patet אכלו בשר indefinitely dictum esse pro definito בשרם (בשר זבחים), ut *Jerem. VI: 3*: אהליהם pro אהלים, & *ibid. v. 12*: שריות pro שרותיהם ונשים. — Ceterum male ab OTMARIO comma XXI verti, veluti scilicet, ac si is loco ספר — אתם יוספים (vel סופים) — ואכלים legisset ואכלו עלית על ועלות זבחים על, עלותיכם — על זבחים — וזבחים, nemo hebræarum literarum vel parum gnarus non videt. — In commate 22 interpretando quaestionis ex hoc loco de authentia Mosis (s. potius de legum Mosaicarum origine) motæ cardo fere omnis vertitur. — Particulas לא & כי constructas non — sed (ut I Reg. XVIII 18: לא עכרתי את — ישראל כי אם — אתה וביתך non ego perturbo Israël, sed tu & gens patria tua) & non — sed tantum, (ut Num. XXVI: 33: לא בנות והיו לו בנים כי אם — בנות non fuerunt ei filii, sed tan-

cet, illarum etiam *carnes*. Ego holocaustis, utcunque

tum filiae), plerumque forte, valere negandum non est; verum easdem etiam pro *non tam — quam* vel *non tam — quam potius* poni potuisse, particularum *ὄν-ἀλλά* in Nov Test. (v. c. *1 Cor. I. 17: ὄν γὰρ ἀπέσειλε με χριστός βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι; 1 Thesf. IV: 8: ὄν ἀνθρώπον ἀδεύει, ἀλλά τον θεόν, non tam hominem quam Deum spernit, Matth. X. 20: ὄν γὰρ ὑμεῖς ἐσθε — ἀλλά το πνεῦμα, non tam vos estis, quam potius Spiritus; Marc. IX. 37: ὄν ἐμε-ἀλλά τον ἀποσεῖλωσάντα με, non tam me, quam potius eum qui me misit;*), & *לֹא-כִי* (v. gr. *Genes. XLV. 8: כִּי הִיא אֵת-לֹא-אֵת non tam vos, quam Deus; Exod. XVI. 8. — כִּי עַל-לֹא עָלֵינוּ non tam contra nos, quam contra Joſam;*) ac *אֵין-כִּי אֵם* (v. c. *Eccles. III: 12: אֵין כִּי אֵם לֹשְׂמֹחַ וְלַעֲשׂוֹת טוֹב nihil tam bonum hominibus est, quam vel vita hilaris & jucunda frui vel letari ac benefacere*) in codice Hebræo, usus confirmare videtur. — *יוֹם הַצִּיאָתוֹ אֹתָם מִמִּצְרַיִם* tempus, quo eos ex Aegypto educerem, pro tempore, quo ii ex Aegypto exeuntes in deserto versarentur, vel ad sensum, qui nobis maxime placet, *accommodatus, cum leges per Moſen iis traderentur*, accipimus. Particula *עַל-דְּבָרָה* (s. conjuncta illa duo nomina, quæ hic, ut alibi sæpissime, particulæ vices implent) h. l. quasi ad *objectum* significandum usurpata videtur; veteres omnes verba prescius secuti, transferunt vel *de עוֹלָה וְזֹבַח* vel *de רֵטוֹ וְזֹבַחִים*; a quorum igitur interpretatione, quæ & bonum sensum præbet, & a lingvæ usu haud abhorret (cfr. *NOLDII Concord. Partic. Hebr. voc. דְּבָרָה עַל*

que sumtuosa sint, nisi quæ a piis hominibus mihi offerantur, non delector, nec placor. 22. *Nam neque majoribus vestris, eos cum ex Ægypto educerem, tam id præcepi, ut mihi sacra facerent, 23 quam id quidem in primis servandum injunxi, ut mihi obtemperarent, & ad leges meas omnem suam vitam moresque suos instituerent, eoque solum pacto, me ipsis, ut genti mihi proptiæ, Deum faventem ac tutelarem futurum, eosque felices redditurum, promisi.*

Optime vero hæc prophetæ verba e nexu, quo illa cum reliqua oratione conjuncta sunt, illustranda videntur. Sermone igitur, quem Capp. VII-IX (i) complectuntur, festo, ut videtur, quodam die, coram Judaico populo, atrum sanctæ ædis Hierosolymitanæ, *Jovæ adorandi* causa intrante, vel jam ingresso,

cur discedas, probabilis nobis nulla est ratio. Veritas igitur; *non tam præcepi iis de עלה ובהם h. e. non tam iis præcepi עלה ובהם mihi offerenda, quam potius cet.* — Quæ in commate 23 leguntur, facilio-
ra sunt. Iis igitur singulari opera explicandis superse-
demus.

(a) Utrum caput X cum præcedentibus conjungendum sit, an ab iis avellendum, incertum est, aliis etiam aliter in hac re sentientibus interpretibus. At id sejungendum tamen esse, fere probabilius videtur; cfr. MICHAELIS *Not. germ. vers. Adj. & Obs. Phil. & Crit. ad Jer. Vat. & Threnos.*